



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. XIII. De alijs duobus remedijs recuperandæ possessionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. XIII.

De aliis duobus remediis recuperanda possessionis.

§. XII.

An aliquando propria auctoritate possit quis capere possessionem, etiamsi corporaliter antea non apprehenderit?

Qui possessionem civilem rei habet, naturali possessione penes alium exiteute, potest propria auctoritate occupare naturalem possessionem vacantem per mortem v. g. Usufructuarii vel Coloni &c. prout summitur ex *c. Cum venisset q. b. t.* notissimi enim juris est, quod extincto jure usufructuarii consolidetur usufructus cum proprietate, absq; alia apprehensione, & naturalis possessio velut accessoria civili accedat. Et quamvis qui titulum habet rei obtinenda, quia res v. g. sibi vendita est; non possit propria auctoritate possessionem illius rei capere, si nondum tradita illa sit, sine voluntate illius, qui eam sibi tradere debet, ne spoliator aut praedo censeatur, qui tamen ad beneficium v. g. aliquod praesentatus, aut electus est, & in hoc confirmatus, aut verbaliter saltem institutus fuit, adeoque jus in re, ac verum titulum habet, potest, spe statuto jure communi possessionem ejus vacantem statim ingredi, & administrare, argu. *c. Nostri. q. 2. c. Transmissam 15. De elect. nisi aliud habeat Ecclesiam illius consuetudo.*

¶

Pirhing. Compend.

Primum est conditio ex *c. Sepès. b. t.* quod remedium competit contra tertium, qui rem aliquam per vim injustam ereptam sciens, & mala fide accipit, cum enim contra talem mala fidei possessorem non detur interdictum Unde vi, qui nec spoliavit, nec mandavit nec ratam habuit, suo nomine factam spoliationem, quibus solis de rigore juris civilis interdictum Unde vi conceditur, voluerunt tamen ex aequitate aliqua Ss. Canones etiam huic spoliato, contra tertium mala fidei possessorem succurrere, & conditionem rei sibi ablatæ ac per vim ereptæ ex *c. Sepès.* Concedere, sive hic tertius mala fidei possessor rem talè immediatè à spoliatore, sive mediatè acceperit, etiam possessore bonæ fidei intermedio. Quod remedium à jure Canonico introductum in foro etiam Civili locum habet, eò quod periculum animæ hoc exigit, ita tamen, ut qui hoc remedio uti vult, probare debeat, non tantum possedisse se rem talem, & violenter ejus possessione dejectum esse, sed probare insuper debeat, tertium possessorem conscium spoliationis factæ, rem hanc accepisse, aut detinere.

Secundum est conditio *Ex can. Reintegranda. causa 3. q. 1.* quod remedium putant aliqui, contra quemvis possessorem dari, etiam contra possessorem bonæ fidei, qui nullam prorsus rei alienæ notitiam habet, putant tamen probabilius alii, hoc tam generale & pingue juris Canonici remedium contra possessores

o o

possesores

seffores etiam bonæ fidei satis expressum non esse, neque colligi posse ex relato Canone Redintegranda, ubi plus non dicitur, quàm quòd Episcopi, ex quacunque causâ injustè spoliati sint ante omnia restituendi, quod juxta regulam universalem verissimum est, non tamen pro-

bat contra eos, qui bonâ fide rempudent, cum in his nullum substat periculum animæ, & frustra Concilium Lateranense posterius *Can. Redintegranda* remedio ex c. *sape*, laborasset, si tamque remedium contra quemvis pollorem constitutum jam fuisset,

T I T U L U S XIV.

DE DOLO ET CONTUMACIA.

SECTIO I.

De Dolo.

§. I.

Quando exceptio doli detur ad rescindendum contractum dolo initum?

Non est hic sermo de quocunque dolo, bono etiam, qui aliud non est, quàm solertia aliqua adversus publicos præsertim boni publici hostes, ad fraudes eorum & injurias excludendas, sed sermo hic tantum est de dolo malo, qui est calliditas aliqua, fallacia, aut machinatio ad circumveniendum, fallendum, vel decipiendum alterum adhibita; & si quidem naturaliter contingat, vocatur ignorantia, si verò ex malitia alterius contingat, dolus vocatur; potest autem dolus versari, vel circa substantiam rei, vel tantum circa accidentalia, ille dolus substantialis vocatur, & facit contractum taliter dolo in initum ipso jure nullum, cum taliter dolo decepti non sit consensus. Hic verò qui circa accidentalia committitur,

accidentalis dicitur. Uterque dolorum subdividi potest, ita ut aliam causam contractui, nunquam in contractum talem consensus parte contingente, nisi dolo tali deciperetur, verò sit incidens tantum, quo dolo nihilominus pars contractura fuerit.

De dolo ergo dante causam contractum rigidè satis sentiunt jura Civilia, quæ scilicet contractus iste servari debet. *Instit. de except.* non tantum in eo quo non ipse contrahens dolum commisit, sed hic ab alio, vel à propria alii contrahentis voluntate provenit, sed quo etiam ipse contrahens dolum commisit non tantum circa accidentales qualitates, sed sæpe etiam circa substantiam commiserit: ex Canonica tamen, uti & Prætoris æquitate, competit taliter decepti exceptio doli contra dolo sum petentem ad rescindendum contractum, si rescindi hic possit, *L. si dolo §. Cod. de rescin. con.* Si ve stricti juris si ve bonæ fidei contractus fuerit (ne scilicet decipere contrahat commodum ex sua malitia) vel dolo contra quemcunque deceptum rem ad id, quod interest, taliter deceptum